

Earth. Publish'd some Years since by the Learned Dr. Burnet. Written by John Beaumont, jun. *Gent. in 4to. 1693. Lond.* 3. *Epistola ad Regiam Societatem Londinensem qua de nuperis Terræ-motibus differitur, &c. in 4to. Lond. 1693.* 4. *Traité des moyens de rendre les Riviers navigables, &c. a Paris, in 8°. 1693.*

---

**I. The Extract of a Letter from Lisle in Flanders, May 25. N.S. 1686. giving an Account of an unusual Storm of Hail which fell there.**

— **T**Here fell in this City Hail of so great a bigness, that the least exceeded Pigeons Eggs. Several of them were weigh'd, and were some a quarter of a Pound, others of a Pound Weight and more. One among the rest was observed to contain a dark brown matter in the middle thereof; and being thrown into the Fire, it gave a very great Report. Others were transparent, which melted before the Fire immediately. This Storm pass'd over the Cittadel and Town, and left not a whole Glas in the Windows on the windward side. The Trees were broken, and some beat down, and the Partridges and Hares killed in abundance.

---

**II. Observatio Solaris Eclipsis habita Die 12. Julii, 1684. Bononiæ, à Cl. V. Doño. Dominico Gulielmino.**

**D**Efumebant Solis à Vertice Distantias D. D. *J. Ludovicus Donellus & Nicolaus Ignatius Joanettus*; Phasibus determinandis tres aderamus, D. D. *J. Galeatius Manzius, Hercules Vanottus & Ego*. Observationes scribebat *D. Gregorius Malisardus*; horas vero in horologio notabat *D. Bartolomæus Ferrarius*.

Horæ

Horæ horologii automati p. m. Diei 12.	Horæ erutæ ex distanti- is observatis centri solis à Vertice.	Distantiæ Centri so- lis à Verti- ce.	Phases.
Hor. 3. 20. 00. 3. 34.	—	—	Eclipsis apparente so- le inter nubes. Quan- titas obscurationis. <i>dig.</i> 2. 30.
3. 37. 30.			<i>dig.</i> 3.
3. 48. 14.	3. 47. 47.	gr. 51. 31.	<i>dig.</i> 4. 20. dubia ubiq;
3. 52. 00.			<i>dig.</i> 5. optima.
3. 57. 00.	3. 56. 2.	gr. 52. 58.	<i>dig.</i> 5. 30.
4. 2. 00.	4. 2. 29.	gr. 54. 10.	<i>dig.</i> 6.
4. 4. 45.	4. 5. 59.	gr. 54. 44.	<i>dig.</i> 6. 30. optima.
4. 9. 20.	4. 9. 1.	gr. 55. 17.	<i>dig.</i> 7. exacta.
4. 14. 40.	4. 15. 43.	gr. 56. 28.	<i>dig.</i> 7.
4. 19. 00.			<i>dig.</i> 7. 20. dubia.
4. 27. 44.	4. 28. 42.	gr. 58. 39.	<i>dig.</i> 7. 20.
4. 32. 35.	4. 34. 20.		<i>dig.</i> 7. satis exacta.
4. 34. 20.			<i>dig.</i> 6. 45.
4. 44. 30.			<i>dig.</i> 6. 30.
4. 47. 15.			<i>dig.</i> 6. 30.
4. 51. 30.			<i>dig.</i> 6. optima.
4. 54. 38.	4. 53. 53.	gr. 63. 16.	<i>dig.</i> 5. 30. exacta.
4. 58. 2.	4. 57. 38.	gr. 63. 56.	<i>dig.</i> 5. exacta.
5. 1. 55.	5. 1. 2.	gr. 64. 32.	<i>dig.</i> 4. 30. satis exacta.
5. 4. 40.	5. 5. 28.	gr. 65. 19.	<i>dig.</i> 4. diligens ubiq;
5. 7. 0.	5. 6. 23.	gr. 65. 28.	<i>dig.</i> 3. 30. exacta.
5. 10. 30.	5. 9. 9.	gr. 65. 58.	<i>dig.</i> 3. exacta.
5. 12. 35.	5. 13. 28.	gr. 66. 43.	<i>dig.</i> 2. 30. satis exacta.
5. 16. 15.	5. 16. 14.	gr. 67. 13.	<i>dig.</i> 2. exacta.
5. 19. 50.	5. 20. 24.	gr. 67. 57.	<i>dig.</i> 1. 30. exacta.
5. 22. 30.	5. 23. 21.	gr. 68. 28.	<i>dig.</i> 1. exacta.
5. 25. 0.	5. 25. 14.	gr. 68. 48.	<i>dig.</i> 0. 30. diligens.
5. 27. 40.	5. 28. 7.	gr. 69. 18.	<i>dig.</i> 0. accuratissima.

Circa observationes ab initio Eclipsis usque ad medium circiter, eas quidem præter unam, aut alteram, omnis erroris expertes esse non ausim affirmare; intercurrentibus enim identidem nubibus Solis species non nihilo minor & pallidior reddebatur, unde non omnimoda certitudo promitti potest. A medio autem Eclipsis ad finem usque, cum nullis nubibus Sol impediretur, observationes certiores sunt & diligentius habitæ.

Notabile fuit; cum quantitas Eclipsis fuerit dig. 7. 20. quod non modicam aëris offuscationem debebat inducere, ut aliàs multoties in consimilibus defectibus observatum est; nihilominus tamen vix sensibiliter consuetum in sole libero aëris statum mutatum fuisse; unde plurimis solem non respicientibus orta suspicio, aut solem non defecisse, aut minimum quidem; cujus quidem rei non alia mihi videtur assignanda causa, quàm ingens vis nubium à Sole maxime illuminatarum, quæ non multum ab eo distabant; ab his enim solis radius per reflexionem, & refractionem multiplicatus certè intensior redditus deficientem aliundè splendorem potuit compensare: sic aliquando videmus præsertim occidente Sole nubes adeo illuminatas esse, ut post ejus etiam occasum, vividissimam lucem effundant, quinimo etiam umbras non semel projiciant.